cepti desperas: Omnipotēs cepit: omnipotens se promisit impleturū esse qd cepit. Tū autē cepit: Virgā virtutis tue emittet dñs ex syon. Que syon: Ipa est hierlm. Audi ipm dñm: Oportebat christū pati: et resurgere a mortuis tertia die. Hinc sedet ad dexterā dei priis resurgēdo vbi fuit. Beinde illo sedēt ad dexterā dei priis: qd agit: Ut ponant inimici eius scabellū pedū eius. Quid agit: Audi illū dicentē et exponentem: Et prodicabif in noīe ei⁹ penitētā et remissio pectōrū per omnes gentes incipiēt ab hierlm: qr virgā virtutē tue emittet dñs ex syon. Virgā virtutis tue: hoc est: regnū potētie tue: quia reges eos in virga ferrea. Emittet dñs ex syon: qr incipiēt ab hierusalē. Cū gomiserit ex syon virgā vertuū ei⁹ qd fieri: Et dñaberis ī medio inimicōrū tuoꝝ. Prius dñare ī medio inimicōrū tuoꝝ inter tremētes gētes. Nunqd enī postea cū acceperint honorē suū sancti: et suā dānationē imperhab: ī medio inimicōrū suoꝝ dñabilis: Et qd mirū si tunc dñabilis secum in eternū regnātib⁹ sanctis: et eternis penis ardētib⁹ imperhs: Quid mirū si tunc: Nō ī medio inimicōrū tuoꝝ: nunc ī isto trāsitu seculorū: ī ista propagatiōē et succesiōne mortalitatis humanae: nūc dū torēs tpm pterlabilis: ad hoc directa est virga virtutis tue ex syon: ut dñieris ī medio inimicōrū tuoꝝ. Bominare ī medio paganoꝝ: iudeorū: hereticorū: falsorum fratrū. Bñare dñare fili Baud: domine Baud dñare ī medio paganoꝝ: iudeorū: hereticorū: falsorum fratrū. Bñare ī medio inimicōrū tuoꝝ. Hūc versū nō recte intelligim⁹: si nō fieri iam videim⁹. Sede ergo a dextris dei: occultare vi credaris donec impleant tpa gētiū. Sic enī scriptū est: Quē oportebat celi repetere donec impleant tpa gentium. Ut enī resurgeres mortu⁹ es: ut ascederes resurrexisti: ut sederes ad dexteram priis ascēdisti: Ergo ut ad dexterā priis sederes mortuus es. De morte enī resurrectio: de resurrectiōe ascensio: de ascensiōne ad dexterā sessio. Hoc totū ergo cepit a morte: excellētia claritatis huīis principiū habet humilitatis. Le itaqs sedētē ad dexterā priis: impleat tpa gentili: ponatur inimici omnes scabellū pedum tuoꝝ: et ad hoc ut perueniatur prius dominaberis ī medio inimicōrū tuoꝝ. Ad hoc enī vir gam virtutis tue emittet dñs ex syon. Ut autē morereris: et per mortē tuam deleret

Alia ps.
t dominab

Psalmus

chirographū p̄ctōꝝ: et p̄dicareſ penitētia
et remiſſio delictōꝝ p̄ om̄es ḡtēt: incipiē
tib⁹ ab h̄ierlm: cecitas iudeoꝝ fecit: Alijs
illuminađis: alioꝝ cecitas militauit. Leci
tas enī ex parte israel contigit: donec plē
nitudo gentiū intraret: t̄ sic om̄is israel sal
uus fieret. Lecitas enim ex parte israel fa
cta: occidit te: occisus resurrexit: sanguine
tuo p̄ctā gentiū deleuisti: ad dexterā pa
tris sedēs vndiqꝝ patiētes: t̄ ad te cōfugiē
tes collegisti. Facta est ergo cecitas ex pte
israel: facta est vt plenitudo gentiū introie
ret: et sic om̄is israel saluus fieret: et om̄es
tui inimici esset scabellū pedū tuoꝝ. Sz b
nunc: postea qd: **T**ecū principiū in
die virtutis tue. Quis ille dies est vir
tutis ei⁹? Qā cū illo principiū: vel qd prin
cipiū: vel quō cum illo principiū: qñquidē
et ipse principiū: Adiuuet dñs ut nec mi
bi dicere perturbet: nec vobis audire. Vi
deo enī qd iam factū est: et vobiscū video
oculis fidei: oculis quoqꝝ carnis video qd
iam sit: rurisqꝝ oculis fidei vobiscū spero
qd futurū est. Quid ḡ factū est: Quid sit:
Quid futurū est: Christus passus est: mor
tuus est: resurrexit tertia die: ascēdit in ce
lum vt nouim⁹ quadragesimo die: sedet
ad dexterā p̄ris: hoc tā factū est: hoc nō vi
dim⁹ t̄ credim⁹. Quid nūc sit: Bñatur in
medio inimicōꝝ suorū: emissa virga virtu
tis ei⁹ ex syon: Sit hoc: id agit in forma ser
ui: t̄ p̄sentē tūc viderūt serui: t̄ absentē nūc
credūt serui. Hoc credim⁹ de forma serui:
quod possum⁹ capere dñ adhuc sum⁹ ser
ui. Hoc est enī illud lac paruuloꝝ: qd tem
perauit panē traſciēs p̄ carnē. Nā panis
ille angelōꝝ in principio erat verbū: vt tñ
panē angelōꝝ māducaret hō: creator an
gelorū factus est hō. Ita nobis verbū in
carnarū factū est receptibile: qd recipere
nō valerem⁹: si fili⁹ equalis deo nō se extin
niret: forma serui accipītēs in similitudinē
hoīm factus: t̄ habitu inuētus vt hō. Et ḡ
vt cunctōꝝ capere possem⁹ eū qd nō posset ca
pi a mortalib⁹ mortalis factus est: morta
les vt peracta sua morte faceret immorta
les: et aliqd daret inspiciendū: aliqd cre
dendū: aliqd post videndū. Inspiciendā
dedit formā serui p̄sentib⁹: nō solū oculis
videndā: sz etiā manib⁹ p̄tractādā. Cum
eadē forma ascēdit in celū: credere nobis
wissit: qd illis videre cōcessit. Sz t̄ nos ha
benus qd videam⁹. Illi enī viderūt vir
gam emissam ex syon: nos videam⁹ domi

nari in medio inimicōꝝ suorū. Hoc totū
frēs pertinet ad dispensationē forme serui
lis: que tolerabiliter capit a seruis: t̄ amat
a futuris liberis. Tolerans enī incommutabi
lis: qd est verbū dei: deus apud deūz: per
quē facta sunt om̄ia: in se manēs: innouat
om̄ia. Hanc vt videam⁹ magna et pfecta
cordis mūdicia necessaria est: que fit per
fidē. Demōstrata enī forma serui: dilatata
est ad demōstrandā formā dei. Idē q̄ppe
in forma serui loquēs seruis: ait: Qui dili
git me mandata mea custodit: Et q̄ diligit
me: diliget a p̄fe meo: et ego diligā eum: et
ostēdā meip̄m illi. Tlēntib⁹ se pm̄lit de
mōstraturū se. Quid videbāt: Quid pro
mittebat: Videbāt formam serui: pm̄itte
bat formā dei. Ostendā inquit meip̄m illi.
Si ipsa est claritas: ad quā p̄ducif regnū:
quid mō trāslū seculi hui⁹ colligit: Bucit
enī ad quandā visionē ineffabilē: quā non
merebun̄t impij. Leterū forma serui cum
hic esset: visa est ab impij: Viderunt eā q̄
crediderūt: viderūt t̄ qui occiderunt. Ne
aliqd magnū putes videri formā illā: vide
runt amici: viderūt t̄ inimici: et quidā vi
dentes interfecerūt: quidā nō vidētes cre
diderāt. Hanc ḡ formā serui: quā hic iam
in humilitate viderunt et p̄ij t̄ impij: vide
bunt t̄ in iudicio t̄ p̄ij t̄ impij. Cum enim
dñs ante oculos discipulorum suorū fer
retur in celū: sonuit vox angelica intuenti
bus eū: Viri galilei quid statis intuētes in
celum. Iste Jesus sic veniet: quō videtis
eum ire in celuz. Sic ergo: sic in eadē for
ma: qz de impij dictū est: Videbūt in quē
pupugerūt. Videbūt iudicaturū: quē irri
serunt iudicatū. Ipsa itaqꝝ forma serui in
iudicio cōspicua erit: et iustis t̄ iniustis: et
p̄ijs t̄ impij: t̄ fidelib⁹ t̄ infidelib⁹. Quid
ergo: Impij nō videbūt. Nam de quib⁹ di
ctū ē: Videbūt in quē pupugerūt: de ipsis
rursum dictū est: Tollat impius vt nō vi
deat claritatē dñi. Quid est hoc frēs: Dis
cernamus: discussiam⁹. Excitat impius vt
aliquid videat: tollitur impius vt aliquid
nō videat. Nam qd sit: visurus: ostēdem⁹
Formā illā: de qua dictum est: sic veniet.
Quid ergo non est visurus: Et ostendam
meip̄suꝝ illi. Quid est meip̄sum: Non for
man serui. Quid est meip̄sum: Formam
dei in qua non rapinā arbitratuſ sum esse
equalis deo. Quid est meip̄suꝝ: Bilecti
simi filii dei sum⁹: t̄ nōdū apparuit quid eri
muſ: Scim⁹ qz cū apparuerit: similes ei eri

Psalms

mus: quoniam videbam eum sicuti est. Hec clari-
tas dei est ineffabilis lux: fons lucis si-
ne cōmutabilitate: veritas sine defectu: sa-
pientia in seipso manens: innouans omnia.
Hec substātia dei ē. Itaq; tollef impi: vt
nō videat hūc honorē dei. Beati enim mu-
dicordes: qz ipsi deū videbūt. Tudef g mi-
hi frēs quantū nre capacitatē dñis imparti-
ri dignat de ipo tpe: si tñ dicendū est tps:
quodā enī tpe venturi sum ad nō tps: vñ
mibi videt dictū: qd sine pjudicio dicam:
si qz intelligere aliqd meli: expediti: pro-
babilius possit: inde mibi videt dictū: Le-
cum principiū in die virtutis tue. Benig
hoc quātū puto versu cōsequēte satis ex-
planat. Quia enī t hic dicta est virtus ei:
qua subiecit gētes iugo suo: qua stravit po-
pulos non ferro s ligno: t si in carne: t si in
humilitate: et si adhuc quātū seruiliſ for-
ma patit: capif tñ magna virt' ei: qz qd in
firmū est dei: fortius est homiwb'. Quia g
et hic dicta est virtus eius: quā cōmenda-
uit dicēdo: Virgā virtutē tue emittet dñs
ex syon: t dnaberl in medio inimicor tuo
rū. Quāta enī virt' ei: dnians in medio ini-
micor suor pstreptētiū: nihil ptra eū valē-
tium: t quotidie sibi dicētiū: Qui moriet t
peribit nomē ei: Cum crescat gloria ei: p
pplos: cū ei: nomini subiçianf gētes: cum
pctōr videat t irascat: dentibus suis: fren-
dat t tabescat. Quia g est t bec virtus ei:
volēs ppheta cōmēdare aliter virtutē ei:
sicuti est virtus dei: t sapiētia dei: christus
in lumine ppetuo incōmutabilis veritatis:
ad quā visionē seruamur: ad quā visionē
differimur: ad quā visionē fide mūdamur:
a qua visiōe tollit impi ne videat honorē
dñi. Hoc g volēs ostēdere: tecū inqz pnci-
piū in die virtutis tue. Quid est tecū prin-
cipiū: Quodlibet pone principiū. Si ipm
christū: potius diceref: tu es principiū qz
tecū principiū. Respōdit enī interrogati-
bus: tu qz es: et aut: principiū q et loquor
vobis: Cū sit principiū t pater: de quo vni
genit' fili: in quo principio erat verbū: qz
verbū erat apud deū: Quid g: Si t pater
principiū: t fili' principiū: duo principiū:
Absit. Sicut enī pater deus: t fili' de': pa-
ter aut t fili' nō duo dñ: sed vñ de': sic pa-
ter principiū et fili' principiū: pater aut et
filius nō duo: s vñ principiū. Tecū pnci-
piū. Tūc videberl quō tecū sit principiū.
Non enim t hic non tecū principiū. Non
enī cū dixisti: ecce itis quisq; ad sua: et me

CIX

solū relinquitis: t non sum solus: qz pater
mecū est: Et hic g tecū principiū. Dixisti
enī t alibi: Pater aut in me manēs facit
opera sua. Tecū pncipiū: nec vñq; a te se-
parat' est pater: Sed qm videbit tecū esse
principiū: tūc manifestū erit omib' simili-
bus tibi factis: qm videbunt te sicuti es.
Etenī hic p̄philippus te videbat et patres
querebat. Tunc g videbit qd nūc credit.
Tunc tecū principiū vidētib' sanctis: vi-
dētib' iustis: sublati de medio impiis ne
videat gloriā dñi. Nō g credam' frēs: qd
tūc videam'. Nā t p̄philippus obiurgat'
est qd quereret videre patrē: cū in ipo filio
nō agnosceret patrē: Tāto tpe vobiscū sū
et nō cognouisti me: p̄philippus qui videt
me videt t patrē. Sed me videt q nō for-
mā serui in me videt. Qui g me videt: qua-
lem me abscōdi timētib' me: qualē me vi-
dētū pficio speratib' in me: videt t pa-
trē. Sed qz ista visio post erit: nūc pro illa
qd habebim': Videam' qd dicat p̄bi-
lippo: cui dixerat: q me videt: videt et pa-
trē. Quasi ei p̄philippus tacit' respōderet:
et quō te video: si aliter rideris qz forma
serui: aut quō video patrē: vt inualidus
bō mortalib' puluis t cinis: conuersus ad
eū differēs visionē: imperās fidē: qui dixe-
rat q me videt videt t patrē: qz multū erat
ad p̄philippū: t lōge erat ab eo videre: nō
credis inqt: qz ego in pfe t pater in me est:
Qd videre nō dū potes: crede vt videre
merearis. Cum g ventū fuerit vt videam'
tūc apparebit tecū principiū in die virtutē
tue: Virt' virtutis tue: nō virt' infirmita-
tis tue: qz ibi virt' virtutis tue. Habet nūc
homies in fide: in spe: in caritate: in bonis
opib' virtutes suas: sibunt a virtutib' in
virtutē. Tecū g principiū: Videbenis cū
pfe in patre: vt pater tecū principiū in die
virtutis tue: Illi' virtutē tue: quā impi nō
videbit. Nā t hoc infirmū tuū fort' est bo-
minib'. Etenī in die virtutis tue tecū prin-
cipiū. Be qua virtute dicis: Expone: qz
et hic vt dictū est: noīata est virtus eius cū
emittit virga virtutis ei: ex syon: vt domi-
net in medio inimicor suor. Be qua vir-
tute dicis: In splēdore sc̄tōr. In splē-
dore inquit sc̄tōr. Be ipa virtute dicit: qm
erit in splēdore sancti: nō qm adhuc terre
nā carnē gestātes et in corpe mortali atq;
corruptibili gemētes: quod aggrauat ani-
mam: et depauperit terrena inhabitatio sen-
sum multa cogitātē. Cum ipse cogitatiōes

Alia fa.
t splēdoreb'

Psalmus

In iuicē nō videntur: nō hoc est in splēdore sc̄tōꝝ. S̄z qđ est in splēdore sc̄tōꝝ. Bonec veniat dñs & illuminet abscōdita tenebra rum: et manifestabit cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuiꝝ a deo. Hoc erit in splēdore sc̄tōꝝ: qz tūc iusti fulgebūt in regno p̄ris sui sīc sol. Audite enī qđ sic hoc: in splēdore sc̄tōꝝ. Gleniet inquit messis: vni-
vni finis seculi: mittet paterfamilias ange-
los suos: et colligēt de regno ei⁹ om̄ia scā-
dala: & mittet in camino ignis ardēt: Lūc
iusti fulgebunt sīc sol in regno p̄ris sui. In
quo regno: Glidete si visio quedā seruat:
de qua nobis dictū est: tecū principiū: In
quo regno: Utic in vita eterna. Nam ad
dexterā positis hoc dicitur⁹ est: Glenite be-
nedicti p̄ris mei sp̄cipite regnū: qđ vobis
paratū est ab origine mūdi. Beniqz dāna-
tis imp̄js: segregatis iustis atqz laudatis:
quid sequiſ qđ dixerat: percipite regnum:
Lūc ibūt imph̄ in combustionē eternā: iu-
sti autē in vitā eternā. Qđ dixerat regnū:
hoc dixerat vitā eternū: quo nō ibunt im-
pij. Glidete si quedā visio est vita eterna.
Hec est aut̄ vita eterna: vt cognoscāt te so-
lum verū dñū: & quē misisti Iesum christū:
qz tecū principiū in die virtutis tue. Ergo
tecū principiū in die virtutis tue in splēdo-
rib⁹ sc̄tōꝝ: S̄z hoc differt: hoc postea dabi-
tur. Quid nūc: Ex vtero ante luciferꝝ
genui te. Quid hic: Si deus filiū habet
nunqđ & vterū: S̄z sicut carnis corpora non
habet: qz nec sinū. Dicitū est tñ: Qui est in
sūn p̄ris īpe enarravit. Qui est aut̄ sinus:
ipse est vterus: et sinus & vterus p̄ secreto
posit⁹ est. Quid est ex vtero: Ex secreto:
ex occulto: de me ipso: de substantia mea:
hoc est ex vtero: qz generationē ei⁹ q̄s enar-
rabit: Accipiam⁹ ḡ patrē dicentē ad filiū:
Ex vtero ante luciferū genui te. Quid ē ḡ
ante luciferū: Lucifer p̄ siderib⁹ positi⁹ est:
tanqz a pte totū significāte scriptura: et ex
eminēti stella om̄ia sidera. Sed ista sidera
quō facta sūt: Ut sint in signis: & in tpib⁹:
et in dieb⁹: & in annis. Si ḡ et in signis & in
tpib⁹ posita sunt sidera: et lucifer noīat⁹ est
p̄ siderib⁹: qđ est ante luciferū: hoc est aī
sidera: et qđ est ante sidera: hoc est aī tpa.
Si ḡ ante tpa: ab eternitate: noli querere
qñ: Eternitas n̄ b̄z qñ. Qñ & aliqui: aduer-
bia sūt tpm. Be p̄re nō est nat⁹ in tpe: per
quē facta sūt tpa. Dicitū est ḡ vt dici ope-
ravit: figurate & pp̄hetice: vt vterus p̄ se-
cta substantia: et lucifer p̄ tpib⁹ poneret. An

CIX

vultis vt ipsuz David respiciam⁹: qđ dñm
suū dirit filiū suū: Ut enī hoc diceret: au-
diuit a dño suo. Ab illo audiuit a quo falli
nō potuit: et dixit iā dñm suū: qz dixit in-
quit dñs dño meo: sede a dextris meis: et
ipse loquit̄ ipsius q̄si sermo cōtext⁹ est. Si
ḡ ipse loquit̄: forte ipse potuit dicere: Ex
vtero ante luciferū genui te: ex vtero vir-
ginali: Ante luciferū genui te ex vtero. Si
enī illa virgo ducēs p̄ paginē de carne Da-
vid: ex illo vtero nat⁹ est christus: tanqz ex
vtero genit⁹ a David: ex vtero quo mascu-
lus nō accessit: ex vtero prolsus p̄prie ex
vtero: qz solus ex solo vtero. Ergo ex vte-
ro inquit ille qui eum dñm suuz dixerat: ex
vtero ante luciferū genui te: et hoc p̄m an-
te luciferū signate dictū et p̄prie dictuz et
sic impletū. Floctu enī nat⁹ ē dñs ex vtero
virginis Marie: indicat testimonia pasto-
rum: qui vigilias exercebat sup gregē suū.
Ex vtero ante luciferū genui te. O tu dñe
meus sedes ad dexterā dñi mei vñ & filius
me⁹: nisi qz ex vtero ante luciferū genui te:
Et ad qđ nat⁹ es: Jurauit dñs & nō
penitebit eū: tu es sacerdos in eter-
num bñ ordinē Melchisedech. Ad
bñ enī nat⁹ ex vtero aī luciferꝝ: vt eēs sacer-
dos in eternū bñ ordinē Melchisedech.
Si natū ex vtero de virginē intelligim⁹ aī
luciferꝝ noctu: sicut euāgelia p̄testant̄: pro-
culdubio inde ex vtero aī luciferꝝ: vt esset
sacerdos in eternū bñ ordinē Melchise-
dech. Nā bñ id qđ natus est de p̄re deus
apud dñū: coetern⁹ ḡgnēti: nō sacerdos: s̄
sacerdos propter carnē assumptaz ppter
victimā: quā p̄ nob̄ offerret a nobis acce-
ptā. Jurauit ḡ dñs. Quid ē iurauit dñs:
Ergo dñs iurat q̄ phibet hoiem a iurādo:
An forte ideo magis hoiem phibet a iurā-
do ne in periuriū plabat: & ideo de⁹ magis
iurat: qz nō p̄t esse piurus: Hō enī q̄ p̄ cō-
suetudinē iurādi p̄t lingua in piuriū pla-
bi: bñ phibet iurare: Tāto enī lōgius ent
a piurio: quanto erit longe a iurādo. Qui
enī iurat hō: falsum & verū iurare p̄t: qui
aut̄ nō iurat: falsū iurare nō p̄t: qz om̄ino
nō iurat. Cur ḡ nō iuret dñs: qz dñi iura-
mentū p̄missionis est firmamentū: Juret
om̄ino. Quid ergo tu facis cuz iuras: Te
staris deum. Hoc est: iurare deuz testari:
et ideo molestū ne ad aliquā falsitatē teste
adhibeas deū. Si ḡ tu iurādo testar̄ deū:
cur ḡ nō & deus iurādo testeſ ſeipm: Quo
ego dicit dñs: iuratio dei est. Sic iurauit d̄

Psalmus

semine Abrae: Tui ego dicitur dominus: quoniam audiisti vocem meam: et non percisi filio tuorum eo propter me: nisi benedicat te: et implebo implebo semen tuum: sicut stellas celum: et si cut barenam quae est ad labium maris: et benedicent in semine tuo omnes gentes. Et semen Abrae quod est Christus. Ille semen Abrae accipiet carnem de semine Abrae: erit sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. De sacerdotio ergo secundum ordinem Melchisedech: iurauit dominus et non penitebit eum. Quid de sacerdotio secundum ordinem Aaron? Nunquam penitet deum sicut hominem: aut nolens cadit in aliqd ut faciat: aut imprudens placbit ut postea eum de suo placitu peniteat: Scit quod agat: scit quousque quod predicas: unde in aliud commutetur in parte rectoris est. Sed penitentia mutatio regum significat. Quod enim tu cum aliquod te penitet: doles factum quod fecisti: Sic quoniam aliquod deus per spem hominem: id est per quem sperat homines mutat in aliud: penitere se dicit: ut adeo ut et de pena nostra peniteat eum: si nos de vita nostra mala penituerit. Jurauit ergo dominus: Jurauit: firmavit: non eum penitebit: non mutabit. Quid? Tu es sacerdos in eternum. Ideo in eternum: quia non penitebit eum. Sed sacerdos secundum quod. Nunquam erunt iste hostie victimae oblate a patriarchis: are sanguinis et tabernaculum: et illa testamenti veteris sacramenta: Absit. Nam illa sublata sunt: euersa in templo: remoto illo sacerdotio: pereunte victimam eorum et sacrificio. Hec nec iudei habent: Tidetur perisse in sacerdotium secundum ordinem Melchisedech: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Fidelibus loquor: Si quod non intelligunt cathecumini: auferant pigritia: festinat ad noticiam. Non ergo opus est mysteria promovere: scripture vobis intimare: quid est sacerdotium secundum ordinem Melchisedech. Dominus a deo dixit tu: sede a dextris meis: nunc dominus a dextris eius: quasi mutauerunt sedes. An forte sic potius: Jurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum. Ad christum dictum est: tu es sacerdos in eternum. Jurauit dominus: Quis dominus? Qui dixit dominum meum: sede a dextris meis: ipse iurauit: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech: et ad ipsum dominum qui iurauit sermo directus est: dominus a dextris meis. O tu domine qui iurasti et diristi: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech:

CIX

ipse sacerdos in eternum: dominus a dextris tuis: ipse in qua sacerdos in eternum: de quo iurasti: dominus est a dextris tuis: quod eidem dominus meo dixisti: sede a dextris meis: quo ad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Iste ergo dominus quod est a dextris tuis: de quo iurasti et cui iurasti dicens: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Conquassauit in die ire sue reges. Ipse vestigium christus dominus a dextris tuis cui iurasti et non penitebit te. Quid agit sacerdos in eternum? Quid agit: qui est ad dexteram dei et interpellat pro nobis tanquam sacerdos in trans in interiora vel in sanctissimum: in secreta celorum: ille solus non habet precium: et ideo facile mundans a peccatis: ille ergo a dextris tuis: conquassauit in die ire sue reges. Quos reges queris? Excidit tibi: Astitererunt reges terre et principes conuerterunt in unum aduersus dominum et aduersus christum eius. Hos reges conquassauit gloria sua: et possiderunt nois suis infirmos reddi did reges ut non possent efficere quod volebant. Constat enim sunt multum delere nomine christianum de terra: et non potuerunt: quod qui offendit in lapide illum: conquassabit. Offenduntur ergo in lapide offensionis: et ideo conquassati sunt reges: cum dicunt: Quis est christus? Nescio quis iudeus: nescio quis galileus: sic occisus: sic mortuus. Lapis est ante pedes tuos: quasi viliter et humiliter iaceat: ideo contemnedo offendis: offendendo cadis: cedendo quassaris. Si ergo tanta est ira occulti: quid erit iudicium manifestum? Audistis iram occulti: de qua psalmus inscribit pro occulis filii: nonus psalmus: si bene memini inscribit pro occulis filii: et ibi ostendit iudicium occulti ire occulite. Prato deo viuit qui in lapide illum offendit: conquassant. Et quo valet quod conquassant? Audi et de iudicio futuro: Quia quod offendit in lapide illum: aut: conquassabit: sup quem vero ceciderit lapis ille: coteret eum. Cum ergo offendit in eum: quasi humilius iacet: et tunc conquassat: cum autem coteret de supra veniet. Tidetur quemadmodum his binis verbis conquassabit et conteret: offendit in eum: et veniet super eum: distributa sunt duo tamen humilitatis et claritatis christi: occulite pene et iudicij futuri: eum non coteret venies quem non conquassat iaceat. Jaces dico tanquam contemptibilis apparensem. Nam ille a deo dixit: et valide ex alto clamauit: Saul Saul quid me persequeris? Sed tandem quis de celo non diceret: quod me pse-

Alia lira.

t Confregit

Psalmus

queris quē nemo tangebat: nisi ita in celo ad dexterā p̄ris sederet ut et in terra in nob̄ q̄si iaceret. **B**is a dextris tuis: cōquassabit in die ire sue reges. **J**udicabit in gentib⁹: **S**ed nūc p̄ occultis. Erit enī et iudicū māifestū: iudicabit i genib⁹: **M**odo enī fit: Perit memoria eoz cū sonitu. In ipso psalmo est, p̄ occulti: Perit memoria eoz cū sonitu: et dñs in eternū p̄manet: Parauit i iudicio sedē suā: et ipse iudicabit orbē terrar̄ in equitate. Ibi dictū ē: increpasti ḡetes et perit impius: nomē eoz delesti in eternū: hoc occulte agit. In die ġire sue conquassabit reges: iudicabit in gentibus. **Q**uō: Audi qđ sequit. **R**eplebit ruinas. **M**odo sic iudicabit in gentibus ut repleteat ruinas: nam quādo in finem iudicauerit dānabit ruinas. Replebit ruinas. Quas ruinas? **Q**uisquis a nomine eius ei timuerit cadet: cuz ceciderit euertet qđ erat: ut edificez qđ non erat. **J**udicabit in gentib⁹: replebit ruinas. **Q**uisq̄s cōtumaces in christū: casurā turrim in altū erexisti. Bonū ē ut teipm deiçies hūllis reddar̄: sedenti ad dexterā p̄ris pedib⁹ puoluar̄: ut fiat in te ruina costruēda. Nam si p̄manes in mala altitudine tūc deñcieris qđ nō edificaberis. Etenī de talib⁹ dicit in alio loco scripture: Destruere eos et non edificabis eos. Proculdubio nō diceret de quibusdā: destrue eos et nō edificabis eos: nisi quosdā ita destrueret ut edificaret. Qđ sit hoc tpe cū christus in gentib⁹ ita iudicat ut repleteat ruinas. **C**ōquassabit capita sup terrā multa. **H**ic sup terram in hac vita: cōquassabit capita in terra mltā. **D**e supbis hūiles facit: Et audeo dicere fr̄es mei: utile est capite quassato hic humiliter ambulare: q̄z capite erecto in iudiciuz eterne mortis incidere. **M**ulta capita cōquassabit ruinas faciendo: sed replēdo edificabit. **T**errente in via bibet: ppteræa exaltabit caput. Gldeam⁹ et in via bibetem de torrēte primo: **Q**uis est torrēte? Profluxio mortalitatis humane. **S**ic enī torrens pluialiib⁹ aquis colligif: redidat: p̄strepit: currit: et currēdo decurrit: id est cursuz finit: sic ē omnis iste cursus mortalitatis. **N**ascut hoies: viuūt: morūt: et alijs morētib⁹ alij nascunt: rursusq̄z illis morētib⁹: alijs oriunt: succedit: accedit: decedit: nec manebūt. **Q**uid hic tenet: **Q**uid nō decurrit: **Q**uid nō q̄si de pluia collectū ut in abyssi: **Q**uo enī fluui⁹ re

Alia fa.
nationib⁹.Alia fa.
implebit.Alia fa.
in terra
multor.

CX

pēte collect⁹ de pluia: de guttis imbrū: it ī mare: nec apparet: q̄r nec apparebat aīq̄ de pluia colligere: sic hoc gen⁹ humanū de occultis colligif et profuit in mortē: rursum in occultū p̄git: mediū hoc sonat et trāsit. **B**eo hoc torrēte bibit ille: non est dēgnat⁹ bibere de hoc torrēte. Bibere enī de hoc torrēte illi erat: nasci et mori. **H**oc habet et torrēte iste: nativitatē et mortē. **G**usce p̄t hāc christus: nat⁹ est et mortu⁹ ē. Ita de torrēte in via bibit: exultauit enī ut gigas ad currēdā viā. **B**eo torrēte ġ in via bibit: q̄r in via pctōp nō stetit. **Q**uia ġ de torrēte in via bibit ppteræa exaltauit caput: id est q̄r humiliat⁹ est: et fact⁹ est subdit⁹ vsc⁹ ad mortē: mortē aut̄ crucis: ppteræa eum d⁹ exaltauit a mortuis: et donauit ei nomine qđ est sup offie nomine: ut in nomine Jesu omne genu flectat: celestū: terrestriū et infernoꝝ: et omnis lingua p̄siteat: q̄r dñs Jesus christus in gloria est dei patris.

Explīcit tractat⁹ de psalmo. CIX.**I**nīcipit tractat⁹ de psalmo. CX.**P**refatio.

Tenerūt dies ut cantem⁹ alleluia. **V** Adestote animo fr̄es ad percipiēda ea q̄ dñs suggerit ad exhortatiōnē nfam: et nutriēdā caritatē q̄ nob̄ inhere deo bonū est. Adestote animo cantores boni filij laudis: et glorie sempiterne veri et incorrupti dei. Adestote intēti qui nostis cantare et psallere in cordib⁹ vris dño: gratias semp agētes in omnib⁹ et laudate deū. **H**oc est enī alia. Et hi quidē dies veniūt trāsūti: trāsētq̄ venturi: et significat diē q̄ nō venit nec trāsīt: q̄r nechēsterno p̄cīt ut veniat: nec crastino v̄get ut transeat. **A**d quē sane nos cuz venerim⁹ inherētes ei: nec nos trāsibim⁹: Et sic quodā loco cānit̄ deo: **B**eatū q̄ habitat in domo tua dñe ī secla sclop̄ laudabūt te: hoc erit oculosq̄z negociū: hoc opus vacatū: hec actio quietoz: hec cura securoz. **S**ic enī dies isti p̄terit dieb⁹ quadragesime: qb⁹ aī resurrectio nē dñci corporis vite hui⁹ significat meror solēniter grata hilaritate succedit: sic dies ille q̄ post resurrectionē dabis plenario corpori dñi: hoc est sancte ecclesie cūfictis vite hui⁹ erūnis atq̄z dolorib⁹ exclusis perpetua beatitudine succedit. **H**ec aut̄ vita de nobis exigit cōtinētia: ut etiā cū labore et luctamine ingemiscētes: grauati et habita culsi nřm qđ de celo est supindui cupiētes: a seculariib⁹ delectationib⁹ temperemus.